rit. ut s. iude⁹ 2. **S.** p̄. 7 ex de iudeis. c.
fi. **D**e seruis iudeoz 7 satacenoz vide
s. iude⁹ 2. **S.** p̄. **A.** cōiūctis additōi
bus. **B.** **E**t q̄a seru⁹ māmissus oī li
bertus. **I**facit̄ ad h̄ s. libet⁹. p̄ totū.

Seruus 2^o q̄tum
ad or
dinationē. **N**ull⁹ seru⁹ siue p̄
uati siue ecclie ordinati debz. nisi pus
manumittat̄. ois. 54. c. p̄. 2. et 3. **E**t
rō ē seruilis vtilitas atq; clericalis di
gnitas. ois. 54. admittit̄. ex de ser. nō
ordi. de seruoꝝ. **A.** **A**lia rō ē q̄a debz
eē imunis ab alijs q̄ oīne militie ē ag
gregand⁹. ut a castris oñicis nulla ne
cessitate abstrahat̄. 54. ois. c. p̄. **B.** **E**t
h̄ intellige v̄ez in oī genere seruoꝝ. de
quibz etiā h̄ d̄ s. seru⁹ p̄. 5. 2. **A.** **E**t
ibi de hoc dictū est. **B.**

Ita seru⁹ ecclie liberat⁹ possit ordi
nari retēto iure p̄ronat⁹. **R.** fm̄ Ray.
Sic dico retēto iure quo ad h̄ q̄ nō in
iurief ecclie. nec acciuet̄ illā. nec testi
ficetur s̄ eā. ois. 54. q. ex famulis. **A.**
Doc. c. parz facit̄ q̄ ad hoc. sed bñ faci
unt iura. i. allegata. **B.** **I**mmo etiā
si simplt̄ fuerit manumissus tenet̄ ad
p̄dicta. alit̄ reuocat̄ in seruitutē. i. z. q.
2. diaconi. 7. c. eps 9 mācipiū. et. c. li
berti. 7. c. octaua. ex eo. ti. de famulis.
Dicit̄ etiā quidā q̄ tenet̄ quo ad ali
as honestas opas licz non sint nomi
tim impositae. ut in dcō. c. diaconi. et
silibz. **A.** **D**ec iura fact̄ vident̄ ad h̄
facere. **B.** nō tñ tenet̄ seruite ecclie p̄
petuo in officio clericali. nisi ex p̄se oī
ctū sit in ip̄a māmissioē. 7 ordiatioē.

ex eo. liberti. Etposito q fuerit exp̄ssū
nō tñ reuocabit in seruitutē si n̄ vult
i illa ecclia seruire i d̄inis officijs. nisi
admonit⁹ p̄duratet in cōt̄inacia. ex eo.
null⁹ cleric⁹. **A** Idē in sū. li. 3. ti. 17.
q. 1. De bonis aut̄ libertoz ecclie vide
s. libertus. §. fi. **B**

¶ Seruus priuati liberatus possit
ordinari terento iure patronat⁹? **R**^o
scdm Ray. Non debet ordinari. nisi
ip̄s cōsecut⁹ fuerit a d̄no plenā liber-
tatē. ita q non teneat p̄stare patrono
opas. nec fabriles q̄ cōsistūt in faciēdo
nec obsequales q̄ cōsistūt in nō faciēdo.

¶ Con. 11. ut in ocā. q. 1. **B** Sed
vtr̄ oīs possit in tali libertō retinere
operas sp̄iales. Dicēdū fm Hosti. ut
viret omne d̄cū. q̄ h̄ on⁹ erit ip̄ponen-
dū in ipsa māumissioe añ ordinationē
7 sic in ipsa ordinationē poterit on⁹ iam
impositū declarari. ex de elec. significa-
ti. ad fi. 7 ex d̄ p̄ben. significatū. Et si
talit̄ ordinat⁹ nō seruiert poterit de q̄
oari. 54. dis. frequēs. 7. c. quicūq. ex
eo. null⁹. Si tñ factus fuerit sacerdos
nō fiet seru⁹ d̄ni olim sui. Idē Goff. 7
Inno. **A** Si d̄o nō sit fact⁹ sacerdos
videt q̄ possit in seruitute; etiā puati
reuocari si nō seruiert in d̄inis prout
teneat. ar. hic a d̄rio sensu. Facit in ar.
etiā dictū. c. frequēs. adhibita tñ mo-
teratiōe d̄ qua in. §. se. Et idē etiā qd̄
h̄ notat in sū. eo. ti. q. z. **B**

¶ Quid si seru⁹ fuerit ordinatus nō
accepta libertate? **R**^o fm Ray. Si fuit
ordinat⁹ d̄no sciēte 7 non d̄dicēte. eo
ip̄so ingenu⁹ fit. dis. 54. si seru⁹ sciēte
Et h̄ vez ē ad quoscūq. ordiēs fuerit
ordinat⁹. Idē Goff. 7 Inno. Si d̄o do-
mino ignozāte uel sciēte 7 d̄dicēte. **A**
Dic ut p̄3 in sū. eo. ti. q. 3. distinguēdū

est. quia aut ordinatorē uel p̄sentatorē
sciente cōditionē ordinādi ordinat⁹ ē.
aut nesciēte. In p̄ casu ordinat⁹ tema-
nebit in ordiē. s̄ ordinatoz uel p̄ntatoz
debz cōdēnari d̄no in duplū. dis. 54. si
seru⁹ absente d̄no. 7 hoc si alit̄ t̄m sciuit
¶ Si d̄o ambo sciuerūt. dabit vnū p̄sen-
tatoz. 7 aliū ordiatoz. Sed si neut̄ ha-
bet vnde soluat. poterit oīs sibi postu-
lare illū restitui. ar. dis. 54. ex antiq̄s.
¶ In 2^o cāu cū ordinat⁹ ē ordinatozē uel
p̄ntatozē ignozāte cōditionē ei⁹. fit qd̄
sequit̄. **B** tūc si ordinat⁹ ē in sacerdo-
tem remanebit in eodez ordine. pecu-
lio si qd̄ habz d̄no restituito. **¶** Si non
habz peculū. nec ē q̄ redimat ip̄m. o3
suo d̄no reddi ad seruiendū ei in ser-
uitijs q̄ ordinē suū deceāt. ut horis ca-
nonicis missa 7 h̄ mōi. 54. dis. frequēs
¶ Si cōt̄umax h̄ renuat. deponi o3. ex
eo. null⁹. in fi. **¶** Si d̄o ordinat⁹ ē in dia-
conū. dabit p̄ se vicariū. 7 ip̄e remane-
bit in ordine. **¶** Reuocabit in seruitu-
tem nisi aliq̄s vellet eū redimē. 7 idez
intellige de subdiacono. ex eo. mira-
mur. In alijs ordinibz absolute in ser-
uitutē reuocabit. 54. dis. nulli. 7. c. ex
antiquis. Satis con. Goff. 7 Inno. **A**
Con. etiā p̄ se. ut in ocā. q. 3. **B**

¶ Infra qd̄ temp⁹ possit oīs seruū or-
dinatū reuocare? **R**^o fm Ray. Reuo-
care poterit infra annuz a tpe scientie
oīi. ar. 17. q. z. si quis incognit⁹. **A**
Coniūcto. c. si seruus sciente. 54. dis.
B Idē Goff. Hosti. 7 p̄ se. **A** Dugl.
aut̄ dicit q̄ cōputat̄ a tpe ordinationis
in fauozē ordinis. ut in sū. eo. ti. q. 6.
Sed prius dictū veri⁹ videt̄. ar. dicti
c. si q̄s incognit⁹. **B** . Et t̄o quate cle-
ricus nō p̄t repeti vltra annū. cū ser-
uus ingressus religione; possit repeti
infra trienniū est ista. q̄ cleric⁹ cōiter

publice māer. monach⁹ dō secrete. A
Dec rō fuit Inno. ut pat; in dicta. q. 6
B. Et p̄dictū p̄ctū de religioe hēs
s. religio z^o. §. 4. et 5.

¶ Done q̄ seru⁹ qui ordinar⁹ fuit re-
stitutus ē dō suo. nūqd licebit dō
man⁹ in iicere in eū! **R**. fm Inno. i. dō
al incidēt in canonē. i7. q. 4. si qs sua-
tente. Sed nec tali seruo licebit cōtra-
here m̄rimoniū p̄p̄ votū; qd̄ intelli-
gitur fecisse in susceptioe ordīs facti.
eē de ouer. diu. quidā. 84. ois. cū in p̄-
terito. 7 p̄hibend⁹ erit p̄ ep̄m. ar. 96.
ois. si impator. Alijs aut̄ puilegijs cle-
ricalib⁹ nō gaudebit. eē de cle. diu. Jo-
hānes. 7. c. se. Idē in oī genere fuoz.
54. ois. frequēs. **A**. Inno. clar⁹ log⁹
sic. Idē dicim⁹ i oziginarijs 7 ascripti-
cijs. 7 i oib⁹ qui deditioe seruili. ul tō-
cinio. uel cyrocino sunt obligati. 54.
ois. frequēs. Idē etiā in libertis si ali-
quod obsequiū patron⁹ sibi retinuit.
54. ois. q̄cūq; Idē etiā in obligat⁹ fun-
ctioib⁹. i. public⁹ officijs. 51. ois. p̄ter
ea. 7 in dicta. q. 6. **B**

¶ Qualit̄ seru⁹ ordinar⁹ siue d̄secre-
tus reddat̄ dō. cū alia res cōsecrata n̄
reddat̄. ut. i4. q. vlt. d̄perim⁹. **R**. Du-
plex est rō. Vna q̄a in reb⁹ alijs 7 ma-
xime inaiatis que sole d̄secrāt null⁹ ē
volus. sed in boīe sic. Alia. q̄a in reb⁹
inaiatis consecratio ē in sup̄ficie. 7 iō
non debēt a manu p̄phana tractari. in
boīe dō est aīa que tangi nō p̄t. 32. q.
7. licite. **Con**. Goff. 7 Dost. **A**. 7 **¶**
7 **¶** Se. Et fuit p̄ncipale dictū Ray. ut
in sū. eo. ti. q. 7. **B**

Seruus 3^o quo ad
matri-
moniu. Utz seruus sine d̄sen-
su dñi possit m̄rimoniū cōtrahere. **R**.
fm Tho. in 4^o ois. i6. Sicut seru⁹ non

subdit⁹ dño. qn̄ libere comedere 7 dor-
mire possit. 7 alia h⁹ modi facē que ad
necessitatē corpis p̄tinēt fm naturā.
ita etiā non subdit⁹ ei q̄tū ad h⁹ q̄ non
possit libere m̄rimoniū cōtrahē; etiā eo
nesciēte aut contradicēte. Vñ 7 si dñs
oppositū p̄cepit non teneret ei obe-
dire. nec de cōtrahēdo. nec etiā de cōti-
nēdo. q̄a in vtroq; sui iuris est 7 tenet
m̄rimoniū. Debent tñ nihilomin⁹ de
bita seruitia dñs exhiberi. eē de diu.
ser. c. p̄. **A**. **Con**. **¶** Pe. 7 **¶** Al. 7 **¶** Ray. et
glo. ut in sū. li^o 4^o. ti. q. 8. et se. **B**

¶ Done q̄ dñs aliqd̄ p̄cipit seruo cō-
iugato 7 eodē tpe vxoz peti debitu
uel eo? **R**. fm Ray. Credo q̄ si cōtra-
xerit seru⁹ dño sciēte. debet reddē de-
bitū. qm̄ cū dñs concessit p̄ncipale. s.
m̄rimoniū intelligit̄ cōcessisse accessio-
ria. eē de offi. del. p̄terea. in fi. Si vero
cōtraxit ignorāte ul̄ contradicēte dño.
dñi mandatū debet implē. nisi p̄babī-
liter timeat periculū adulteri ex oīa-
tioe. uel nisi magnū fiat p̄iudiciū vxo-
ri. **Con**. **¶** Tho. **¶** Pe. **¶** Inno. 7 **¶** Dost. **¶** Ad-
dit q̄q; **¶** Tho. q̄ o3 diuersas circūstan-
tias attendē. ut ex his consideret̄ cui
magis uel poti⁹ in tali uel tali casu sit
obediendū. Idem **¶** Dost. **¶** Et vide. i. §.
vlt. **A**. Idē in sū. eo. ti. q. 10. **B**

¶ Quid si cōiuges. s. serui habent di-
uersos dños diuersatū regionū. ita q̄
nō possunt cōuenire ad officiū iuga-
le! **R**. fm Goff. ut euitet fornicatiois
mā cogetur p̄ eccliam alter dñoz ven-
tere alteri volēti emē. uel si neut̄ vult
emere cogant̄ vendē cuiib⁹ extraneo
in prouincia consecui. uel venalē expo-
nere. 7 si null⁹ appareat emptoz emat
eccliam. ar. 54. ois. fraternitatē. **A**. Idē
in sū. eo. ti. q. 12. **B**

¶ Quid si dñs seruū cōiugatu⁹ vult

vendere in remotaz regione ! R^o fm
xii. Prohibēda ē talis venditio s̄ cogi
deby dñs alij vendē eū bonas cōditioes
afferēt. Interest. n. rei publice ne qs
re sua male vtrā. in Insti. de his q sui
uel alie. iur. sūt. §. p̄t. Con. Tho. 7 se.
7 Inno. A. lig. Ala. aliud dixerit. ut
in sū. eo. ti. q. xi. vbi etiā p̄ q̄ pdictis
con. etiā Dost. dicens q̄ pdicta obti
nent qñ ambo sūt serui. Et id q̄ d̄ seq̄
nō sūt serui. sed se. ut ibi. B. Sed
7 Dost. addit q̄ si m̄rimoniuz fuerit
factū sine licētia dñi. 7 nō habz ī alio
loco iustū emptorē. possēt eū vendere
in remot. alit non debz h̄ facere.

Utr̄ seruit⁹ possit venire p̄ m̄rimo
niū. R^o fm Tho. 7 se. sic. Vir. n. l. sūt
in ptate vxoris in his q̄ p̄tinet ad red
ditionē debiti. 7 alijs oibus est sui iur
Vnde in redditiōe debiti per hoc non
debet p̄iudiciū vxori fieri. si forte dñs
p̄cipet aliqd eadez hora. ga magi esset
obediēdū vxori q̄ dño. Vxor tñ sine
sensu viri se in ancillā vendē nō pos
set. ga vit caput est mulier. Con. Al.
A. Idē in sū. eo. ti. q. i. B. Et vide
s̄. §. z. Utr̄ seru⁹ q̄ fuerat ordinatus
7 nūc est restitut⁹ possit cōtrahē m̄ri
moniū. vide s̄. seru⁹ z. §. p̄. Quō cō
ditio seruitutē impediāt m̄rimonium
hēs s̄. m̄rimoniū q̄.

Symonia p̄ cōit
Symonia est studiosa voluntas
emēdi uel vendēdi aliqd spūale uel
spūali annexuz. Sic diffinit a Tho. in
4^o sen. ois. z. et in scda scde. ois. 100.
Silt. 7 ab alijs. A. s. theologis 7 iuri
stis cōter. ut in sū. li. p̄. ti. p̄. q. i. Et
facit. l. q. i. q̄ studet. B. Et q̄ d̄ dicit
spūale intellige ut ordines 7 alia facta
Quod aut̄ dicit spūali ānexū. itellige

ut quedā que nō sūt ita pprie spūalia
sed sūt spūalibz adiūcta 7 quasi alliga
ta. ut est ius p̄onatus 7 h̄ modi. Q. si
nō addas. spūali annexuz. sufficit fm
Ray. A. Nā 7 ānexa spūalibz largo
modo dicunt spūalia. ut in dicta. q. i.
7 hic sequit. B. ga oīa talia p̄nt intel
ligi p̄ id quod dicit. aliqd spūale. Et
nota q̄ noīe emptiōis uel venditiōis
intelligit oīs cōtract⁹ nō gratuit⁹. p̄ter
p̄mutationē. A. Idē in oca. q. i. 7 fa
cit. i. q. i. sūt nōnulli. B. de qua s̄. p̄
mutatio. A. Ibi patz qñ in talibz pos
sit fieri p̄mutatio. 7 qualit. B. Vnde
nec trāfactio p̄t fieri sup spūalibz. eē
de trāfac. sup eo. De trāfactiōe vide. ī
trāfactio. §. z. A. Et ibi patz q̄liter
possit fieri in spūalibz. Et adde scdm
Tho. scda scde. q. 100. arti. p̄. q̄ volun
tas dicit. ga iusticia 7 oēs p̄tes ei⁹ 7 p̄
sequēs oīa opposita sūt in voluntate
sicut in subiecto. 7 iō duentent symo
nia p̄ volūtate diffinit. Facit. ff. de iur
sti. 7 iure. l. iusticia. Utr̄ aut̄ p̄ solam
volūtate cōmittat symonia tanger. i.
§. 3. Itē dicit studiosa scdm Tho. in
dicto arti. p̄. ad designādū electionez
que p̄ncipalit̄ p̄tinet ad v̄tutē 7 vitii
7 talis electio sufficit etiāz si sit ex vo
lūtate non libenti uel etiāz coacta. eē
eo. Matheus. 7 ibi glo. nisi forte sit co
actio p̄cisa. eē quod me. cau. c. factis.
Et subbit Tho. ibidez. Non autēz oīs
q̄ peccat electiōe peccat in sp̄m sanctū
sed solū qui peccatū eligit p̄ cōtemptū
eorz p̄ que hoīes solēt retrahi a peccan
do. Dicit ergo studiosa qñ ex ipsa vo
luntate electiōe p̄gredit ad exteriorēz
actū. ut in sū. eo. ti. q. 5. Dost. aut̄ cla
rius diffinit sic. Symonia ē spūaliuz
uel annexoz spūalibz p̄cedente pacto
p̄missionis. cōditionis. modi. seruitūz.

precii. uel cuiusuis tpalis receptio uel
donatio. ut in sū. eo. ti. q. i. B

Utz symonia sit heretis. R^o scdm
Tho. in 4^o dis. 25. Symoniaci nō sūt
pprie 7 p se loquēdo hērici. cū nō ha-
beant aliquā falsam opinionē. sed di-
cunt heretici ppter similitudinē ad
quia ita operant ac si extiraret donū
spūs sancti pecunia possideri. que exti-
matio eēt heretica. A. et qa etiam in
pmo auctore Symone ex mala radice
infidelitad pullulauit. cui dictū ē. Ex-
timasti donum dei pecunia possideri.
Act. 8. fm Vl. 7 in sū. eo. ti. q. z. B
Un Gregi. in registo dicit. Cūz omnis
auaricia sit idolorū seruitus. qdgs hāc
in ecclāsticis dignitatibz dandis nō p-
cauer. infidelitad pditioni subijcitur.
etiā si fidē quā negligit tenere uideat
i. q. i. cū ois. Et itez dicit q impia he-
retis macedonij tolerabilior est q sym-
monia. i. q. i. eos. A. Et ibi patz q b
nō fuit dictū Gregi. sed Charafij con-
stātinopolitani epi. B. Et cetera cri-
mina in cōpatione symoniace here-
sis qsi p nihilo reputant. i. q. vld. c. si.
Pnt quoqz pprie 7 p aliū modū qdaz
symoniaci dici heretici. s. tenētes quē-
dam errorē eiusde; Symonis q dixit
q mūdus iste nō erat creatus a deo. s.
a qdā supna dūte. ut dicit Isidorus 9^o
ethimologiaz. A. Idē i. ocā. q. z. B
Quate symoniaci potius dicunt a
Symone qui uoluit emē donū dei qz
gzeite a Gzezi q uendit donū dei:
R^o. Quia magi cōpleta fuit rō huius
pcti in Symone qz i Gzezi. Nā Gzezi
solū uendit donū dei. at Symon et
emere uoluit 7 uendē intēdit. i. q. i.
saluator. Con. Tho. scda scde. q. 100.
Cō. etiā p se. 7. Vl. ut in sū. eo. ti. q. 4.
Utz sola uolūtas faciat hoīez symo-

niaci. R^o fm Ray. 7 alios tā iuristas
q theologos. Quedaz sūt phibita qa
symoniaca. ut emere ut uendē facta 7
h^omodi. 7 in istis sufficit sola uolūtas
Et intellige fm p se. q ad forū diuinū.
sed quo ad forū hūanū si in nulluz
actū exiuit neqz faciēdi neqz pacifcēdi
nō diceret symōiac^o. 7 sufficit qz peni-
teat. Quedā sūt symoniaca qa phibi-
ta. s. p cōstitutionē ecclie. ut cū quis re-
nūciat ecclie ut uerut alteri. puta ne-
poti suo. Sicut fm Goff. uendendo vi-
cariā. castaldionatū. aduocatiā. ico-
nomatū 7 h^omoi. ex eo. ad nrām. i. q.
i. si quis eps. z. q. 3. saluator. 7 i bis.
non sufficit sola uolūtas siue appetit^o
quidā. nisi pcedat in actū. ex de offi.
del. ex parte. p. A. Idē in sū. eo. ti. q.
5. B. Sed 7 hoc intellige. qz si uolun-
tas deliberata hic fuit. ita qz per eū nō
stetit. itez est symonia in foro uino.
sed nō in humano. 7 sic tale pctm per
pniam aboletur. ex eo. mandato. A
In hētiā uider con. glo. Ray. ut in di-
cta. q. 5. Et hoc uerū uider. quia etiāz
circa talia puta erga bñficia sola inten-
tio cōstituit culpabilē apud deū. lz nō
quo ad iudicialē punitionē ecclie. ex
eo. tua. Symonia tamē mētalis tm fo-
la pnia abolet. nec obligat ad restitu-
tionē acceptoz. dicto. c. mandato. Se-
cus in usuris in qbus etiā sola intētio
usuraria obligat ad restitutionē in fo-
to pñiali. ut 7 notat glo. in ocō. c. mā-
dato. 7 facit ex de usuri. consuluit. Rō
autē pōt esse. quia in usura ledit deus
7 homo. deo satisfit p pñiam. homini
uō p restitutionē. In symonia uō sim-
plicis intentionis non ledit pars que
sponte 7 sine coactione pñstat. ammo
potius ipsa ledit deū turpiter agendo.
nec leditur ecclia similitans. que tm

iudicat d manifestis. dicto. c. tua. sed
solus deus. cui p solam satisfit pnam
ex eo. c. fi. B

Utz ad h^o q^o mittat symonia req-
tatur q^o sit expsum pactu. R^o. In d^o. na
7 Gyezi symonia^o fuit. licz pactu ali-
quod no fecerit. notat ex eo. sup spe-
cula. A. Doc. c. habet in ti. de magi-
stris. Et vic h^o veru quo ad foruz diui-
nu. secus quo ad iudiciale. ex eo. c. fi.
et patet ex dictis in. §. pcedenti. nisi
interueniret exactio. ex eo. sicut pcer-
to. B. Sed de symonia metali vide
s. renuicatio z. §. p.

Quor modis comittit symonia?
R^o fm Ray. Una diuisio e p munera
que dantur. Nam aut datur mun^o a
manu. aut ab obsequio. aut a lingua.
de quib^o habes s. mun^o. §. p. Alia di-
uisio ex pte comittentiu lic. Symoni-
aca ordinatio uel alia h^o modi spiritu
alium datio. aut est ex parte conferent
tm. ut quando conferens mihi aliquod
spirituale recipit tepozale me ignorate.
Aut ex pte recipientis tm. ut si ego
recipia factm no quide daco aliquid
conferenti sed alicui suo consiliario. Aut
ex parte vtriusq^o. s. qn ordinand^o dat
aliquid ordinati. Aliq^o ex pte neutri^o.
ut si amicus meus me ignorate det ali-
quid amico siue consiliario epi. ut me
ordinet. epo etiā ignorate. i. q. i. statu-
im^o. 7. c. si quis a symoniacis. A. Idē
in su. eo. ti. q. 7. B

Utz sit symonia si aliquid gratis det^o
pro spualibus uel recipiat. R^o. Si peni-
tus spote offeratur. no est symonia. i.
q. i. quicqd inuisibilis. Vbi nota fm
xv. q. si hec ppositio p. notaret appcia-
tionē seu mutationē. sic mūq^o tepo-
rale est dandū pro spirituali. nec ecō-
trario. Si autē notet causam finalem.

ut sit sensus. Iste dedit tenariū pro sa-
cramento. i. propter reuerentiā sacra-
menti. licite pot fieri. Et eodez quoq^o
modo si notet cam efficientem. ut sit
sensus. dedit p sacramēto. i. pro deuo-
tione quā habuit ad sacramētuz. fieri
potest. A. Con. Vl. ut in su. eo. ti. q.
10. B. Si autē dubitetur utz gratis
uel corrupta intētione datum sit. tria
sūt precipue attēdenda. s. dantis 7 re-
cipientē qualitas. videlicz an a paupe
diuiti uel ecōuerso. Item munerē quā-
titas. ut si res magni uel modici sit p-
cij. Itē donationis temp^o. an. s. in stā-
te necessitate uel al^o offeratur. Et scdm
hec habenda est psumptio p uel contra
ex eo. 7 si qōnes. S; h^o intelligēda sūt ī
foro cāz. In foro aut^o cōscie intentio at-
tēdit non psumptio. A. Idē in oca
q. io. fm Ray. Vl. 7 Docti. B

Utz liceat aliquid recipere pro opibus spi-
ritualibus. R^o fm Ray. p illis opibus ad
q^o no tenet ex officio recipere licet. ut
puta sacerdos pot locare opas suas q^o
al^o no h^o vñ sibi pvideat. ar. iz. q. z. ca-
ritate. Idē Docti. A. certe. c. caritate
no facit. q^o loq^o tm q^o ad pcuracionēz
recipiēda a vilitatibus. no ex locatiōe
ul^o alia ouētiōe s; ex meta iurē dispōne
Et id in spualibus in q^o cessare ois
pactio 7 ouētiō. ex de pac. c. fi. non h^o
locū locatio ul^o oductio. Vñ ī ti. de sy-
mōia. §. Itē nūquid. sup vbo locare.
glo. Ray. ait. Quidaz dicūt q^o si sacer-
dos itēdat locare ul^o vedē labore suuz
no ipm officiu uel factm. licitū ē. al^o n.
Ego credo inqt q^o n^o h^o locū ī talibus lo-
catio ul^o oductio cū lex sclar^o no dixerit
eē locatiōē ul^o oductiōē qn mensoz
agroz aliquid recipit a oñis eoz p eis
mēsuradis. s; qd dat appellauit honōra-
tiū. ff. si mē. fal. mo. oi. l. z. §. p. vbi or.

Non crediderunt veteres in tales personas locationem et reductionem esse sed potius operam beneficii loco preberi. Et id quod datur ei ad remunerandum dari. et inde honorarium appellari. **Dic** ergo quod sacerdos siue indigeat siue non. potest et dari pecunia in sumptibus ipsius sacerdotis non in munera sacerdotum. i. officii sacerdotum quod impedit. sicut dicit Hieronymus quod tecepanes. crustula et vas mellis si data fuerint prophete. magis in sumptibus quam in munera prophete reputanda sunt. i. q. i. iudices. **Cum** ergo dicitur. sacerdos recipit pro officio ecclesiam ad tempus. li. p. tenotat eam ad munituram non appreciationem factam vel officii quod impedit. vel laboris quo laborat in ipso officio. quod nec vendi debet nec locari. sicut nec ipsum officium. quia quisque horum alterum vendit sine quo neque alterum pervenit neutrum invenditum detelinguat. i. q. i. si quis obiecit **De** hanc etiam dicitur. §. utz sacerdos. **Utz** cum episcopus dicitur vel visitat possit recipere pcuracionem. **R.** secundum Ray. **Idem** est eo. cum sit. io. q. 3. relatum est de prescrip. cum ex officio. non dico propter laborem. sed ut dicitur. dicitur. quia talis pcuratio a iure promissa est. imo etiam si ecclesia propter paupertatem pcurare non possit episcopus. ipse suis sumptibus dicitur ecclesiam. io. q. 3. ca. uendum. **hec** Ber. et Hosti. **Circa** visitationem vide. a. visitatio. §. p. et 2. **A** **Doc** quod ibi dicitur notat glo. in dco. c. cum sit. **Nota** etiam in su. eo. ti. q. io. **Utz** temporalia possint dari pro vita eterna vel pro remissione peccatorum. **R.** **Possunt** pro modum elemosine. Daniel 4. **Peccata** tua elemosinis redime. Et intellige secundum Tho. et Pe. in 4. dicitur. 23. q. cum dicitur vita eterna vel remissio peccatorum emi. est locutio metaphorica. quia ipsius meritum accipit pro emptio. Deo enim ex merito

nostro nihil potest accrescere. **A** **Idem** in dicta. q. io. **B**

Utz temporalia possint dari pro redemptione peccatorum in spiritualibus. **R.** **Sic** extra eo. dilectus filius. et. i. q. 3. quesitum est de magistris. prohibeas. **Sed** si super iura spiritualia tunc solum habebit locum. cum pro certo constat redemptionem de iure suo. aliter non. **hec** Tho. sed a sede. q. 100. arti. plit. et vlt. **A** et etiam glo. Ray. ut in dca. q. io. **B** **Unde** si si prebenda mea me pro iniuria remota alij data sit et ego recuperato aliquo dato. non puto esse symoniam. **Utz** encenia inducat symoniam. **R.** **Si** non extendantur ad quietudinem munerum et fiant sine pacto et sine aliqua corrupta intentione. non inducunt symoniam. aliter etiam in modico committitur. i. q. i. uoces. **A** **incipit** iudices. **Et** si fuit dictum Hosti. ut in su. eo. ti. q. xi. **Utz** munus ab obsequio inducat symoniam. **R.** secundum M. **Si** obsequium de se sit illicitum. nullo modo licet absque vitio symonie. **Sit** si obsequium sit licitum non licet ipsum impedire pro aliquo spirituali. si illud pro dicat eam principaliter mouentem **Sed** si non dicat eam principaliter mouentem sed secundariam. puta excitationem effectus eius dare habet aliquid spirituale. pro ea confert illud respiciens principaliter ad deum et ad merita persone que pro talia obsequia et per alia bona concurrunt. hoc modo potest dari spirituale. puta alicui qui in servitium ecclesie vel prelati iuit Romam vel huiusmodi. **Porro** si obsequium esset pure spirituale quod esset impositum beneficio. **A** .s. per constitutionem an ipsius beneficii collationem. non autem per pactum secundum eundem M. et in su. eo. ti. q. iz. ubi etiam patet quod predictis con. Goffre. Ray. et glo. **B** tunc indubitanter et ex pacto potest confecti

bñficiū. ita q̄ ille pmittat tale obsequiū
ut puta de celebrādo talē 7 talē missāz
7 similia. eē de pben. significatum. **A**
Tho. etiā 7 **Be.** dicit q̄ in h^o mōi ob-
sequijs honestis seruitibz ad dignita-
tem p̄sone respēct^o d; haberi. Nam ex
ip̄a deuotiōe obsequij dignus reddiē
ecclesiastico bñficio. **Et addit Tho.** Si
aut̄ in honestū sit seruitiū ul̄ ad carna-
lia ordinatum. puta seruitiū plato ad
utilitatē ofanguineoz suoz ul̄ p̄rimo-
nij sui. uel aliqd h^o mōi. esset mun^o ab
oblego 7 symoniaciū. ut in dca. q. i. z.
ad fi. **B**

Quid si vn^o sacerdos dicat alteri:
tu celebrabis hodie p̄ me. 7 ego cras p̄
te! **R.** fm x̄b. Non ē symonia. s̄ licitū
est maxie ex cā. qn̄ nullū p̄ciū siue tē-
poralis merces interuenit. **A.** Idem
in sū. eo. ti. q. i. **B**

Quid sit mun^o a lingua in quo cō-
mittit̄ symōia! **R.** fm Tho. scda sede
q. ioo. et in q. d. z. s. Mun^o a lingua
dicit̄ uel ip̄a laus p̄tinens ad fauorem
hūanū q. s. sub p̄cio cadit. uel etiā p̄-
ces ex qb; acq̄rit̄ fauor hūan^o. aut cō-
trariū euitat. ut qn̄ p̄ces armate sunt.
Sed de p̄ciob; hēs statim in se. **S.** **A**
Idē in sū. eo. ti. q. i. **B**

Utz p̄ces iducāt symoniā. **R.** fm
Tho. scda sede. q. ioo. Si aliq̄s p̄ncipa-
lit̄ ad p̄ces intēdat. symoniā cōmittit.
Et uidet̄ p̄ncipalit̄ ad h̄s intēdē q̄ p̄-
ces p̄ indigno exaudit. **Uñ** ip̄m factū
est symoniaciū. ut. i. q. i. de ordinatiōi-
bus. 7. c. sūt nōnulli. Si vō porrigant̄
p̄ces p̄ digno. factū nō ē symoniaciū.
sed symonia pōt eē in intētiōe. s. qn̄
habēt̄ respēct^o nō ad dignitatē p̄sone
s̄ ad fauorē hūanū. eē d̄ eta. 7 q̄li. tuā
i. q. i. latoz. **Uñ** tebz penitē d̄ itētiōe
corrupta. ut in. c. sūt nonnulli. 7 eē de

eta. 7 quali. tuā. 7 eē eo. mādato. **A**
Con. Vl. ut in dca. q. i. q. **B**

Utz aliq̄s porrigēdo p̄ces p̄ seip̄so
cōmittat symoniā. **R.** fm Ray. Non
pōt petere eccliam uel dignitatem uel
aliud bñficiū hñs curā aiāz q̄tūcūq;
sit dign^o. i. q. i. ordinationes. 8. q. i. in
sc̄rip̄. eē de iure patro. p̄ n̄as. Bñfi-
ciū vō simplex si indiget 7 sentit se di-
gnū pōt petē absq; metu symonie. eē
eo. tua nos. 7 at. eē de rescrip. ad aures
eē de pben. cuz scdm. **Con. Tho.** scda
sede. q. ioo. et etiā in q. d. z. s. **Silfē**
7 Posti. 7 Coff. Quidā tñ dicit̄ q̄ li-
cet rogare etiā si bñficiūz hēat curam
aiāz. **A.** Doc fuit dicit̄ glo. Ray. di-
cent̄ q̄ pōt aliq̄s p̄ se petē bñficiū etiā
habēs curā aiāz si dign^o sit. exemplo
Ysaie. q. dixit. c. 6. ecce ego. mitte me
Con. cū h̄ Vl. ut in sū. eo. ti. q. i. q. Sed
certe tut^o uidet̄ p̄m̄ dicit̄ p̄ iura al-
legata. **Nā** p̄pheta nō petijt aliquam
curā aiāz uel dignitatē. s̄ req̄sit^o a do-
mino exhibuit se officio p̄dicandū. ut
patz in dca. c. 6. **B.** Si indiget aut si n̄
indiget. etiā si petat simplex bñficiūz
peccat fm Ray. 7 Tho. ut in p̄dca de-
cre. ad aures. i. q. z. clericos. i. z. q. i. illi
aut̄. **A.** ut p̄z i dca. q. i. q. glo. Ray. i h̄
itez d̄ dicit. **Uñ** ait. Doc itez ouz ē. et
credo q̄ ex q̄ aliq̄s p̄mor^o est ad sacros
ordine s. cū h^o mōi ordiatio titulū ec-
clesiasticū req̄rat pōt petē bñficiūz ec-
clesiasticū. l; habūdet i t̄pali bz. 7 iura
q̄ m̄gr adducit ad p̄bādū d̄riū loquū-
tur fm statū p̄mitiue ecclie qn̄ exiles
etāt reddi^o. 7 distibuebat d̄ facultā-
tibz ecclie. put cuiq; op^o erat. **Et cō.**
cū eo Vl. quia nemo cogit̄ suis stipen-
dijs militare. **Si** tamē dignitatem uel
curam aiāz pzo se petat tata p̄sūptiōe
que eū tali bñficio reddat indignum

symonia est. ga pces sūt pro indigno. h̄ ibi. **V**erū videt̄ dictū Ray. 7 **T**ho. Nam Hieronym⁹ q loquit̄ i allegato c. clericos. i. q. i. nō fuit in p̄mitua eclesia. et multo min⁹ Prosper q idem dicit ea. q. c. pastor. Et stipēdiū celestī militie nō debz eē tpale nisi inq̄tū rō dicit̄ necessarie sustentatiōis. Clericis enī uenit dicē. ps mea dñs. eēt de pze ben. cū scdm. q̄si dicat̄ p̄miuz laboris mei nō sit terrenū s̄ celeste. **B**

Que symonia sit grauior? **R**e° fm x̄. Quis in munē a manu 7 a lingua 7 ab obsego cōmittat̄ symonia. tñ ga mun⁹ a manu magi p̄pe ē p̄ciū q̄ a lingua uel ab obsego. iō illa symonia est mai⁹ p̄c̄m. **A** Idē i sū. eo. ti. q. 15. **B**

Utz liceat vendē vasa facta. aut vestes. aquā b̄ndictā 7 h̄mōi. **R**e° scdm **M**. Oia sacralia ad aliquē effectū spiritualē ordinata vendi nō p̄nt. ut aq̄ b̄ndicta. 7 h̄mōi p̄ quam venialia dimittunt̄. sicut etiāz nec rōne materie p̄t v̄edi sac̄m. i. q. i. placuit. 2. et 3. Sed 7 illa q̄ p̄cipatine sunt sp̄alia. ut calix 7 h̄mōi ante cōsecrationē simpliciter vendi p̄nt. p̄ cōsecrationē v̄o h̄mōi vasa v̄edi p̄nt alteri ecclie in eadem forma. **A** .oimō int̄tio solum refert̄ ad tpale 7 nō sp̄iale. al̄ eēt symonia fm eū. **M**. ut in sū. eo. ti. q. 16. vbi h̄ notant̄. **B** sed laico calix v̄edi nō p̄t. nisi cōstat. i. q. z. §. h̄ ius. ga facta nō debēt tractari mani b̄ laicorū. **D**e cimiterio v̄o vide s̄. sepultura p̄. §. p̄. **B**

Utz sp̄alia possint redimi. **R**e° fm Ray. Sicut nō debēt v̄edi uel emi. ita nō debēt redimi. eēt de symo. q̄relam. nec aliquo dato uel p̄misso uel ret̄to possideri. **I**ntellige fm x̄. q. non p̄nt redimi aliq̄ dato uel p̄misso ei q̄ iuste

possidet. eēt eo. q̄relaz. **N**ā aliq̄ dato ei q̄ iniuste possidet ab eo cui debēt redimi p̄nt. sicut 7 redimūt decime de manu militū iniuste eas retinentiū. vide s̄. decime 5. §. p̄t. **C**et̄z utz sup̄ spiritualibz possit trāsigi. vide. i. transactio. §. z. **E**t utz p̄mutari. s̄. p̄mutatio. §. p̄. et z. **A** **P**redicta etiā notātur in sū. eo. ti. q. 17. **B**

Quid de sacerdote q̄ nō vult dare licentiā alteri sacerdoti ut b̄ndicat nuptias nisi p̄ pecunia? **R**e° fm x̄. Si nō int̄dit vendē licentiā b̄ndictiōis. sed puidere sibi de portioe oblationū euz d̄tingēt̄. nō est symonia. Si tñ ex certa scia maiore exigat sūmā q̄ p̄sumat̄ debere valere portio ip̄m d̄tingēs. merito p̄sumi p̄t q̄ ip̄am licentiā vendē voluit. **A** .h̄ etiā p̄sumit̄ quādo verba istud sonant. puta si dicat se velle tantū p̄ licentiā b̄ndicendi. 7 h̄ modi. ga in dubio nō recedim⁹ a significatione v̄ozū. ff. de lega. 3. l. non alit̄. **S**i vult ḡ hoc euitare clare exp̄mat̄ de v̄d̄itione seu locatione. p̄uentus tñ. **B** **E**t nota hic q̄ pro ip̄a b̄ndictiōe nihil ab aliquo exigi potest. eēt eo. cum i eclesia. **D**e sacerdote qui nō vult dare licentiā confitēdi alteri nisi pro pecunia. s̄. confessio p̄. §. fi. **A** **E**t ibi patet q̄ symoniā cōmittit. quod 7 nota simul cū sup̄radict̄. i sū. eo. ti. q. 36. **B** **U**trum pro absoluteione ab excoic̄atione possit exigi pecūia. **R**e° fm **T**ho. scda scde. q. 100. **I**n absoluteione tali nō debet exigi pecunia tanq̄ precii absoluteionis. quia hoc esset symoniacy. s̄ quasi pena culpe precedentis pro qua fuit excoic̄atus. **I**dē **J**se. 7 **D**osti. **A** **D**icit enim **D**osti. eēt eo. ad aures. q̄ in **F**rācia 7 i q̄busdā alijs regiōibz consuetudo ē ul̄ statutū q̄ excoic̄at⁹ q̄ mōit⁹

parete noluit sed excoicari expectauit
ppter hanc contumacia; anteq̄ absoluat
p quolib; mēse p quo excoicat⁹ extite
rit certā debeat dare pecunie quātita
tem. Et hanc suetudinē dic rōnabilē
7 seruandaz, ut in sū. eo. ti. q. 37. Qd̄
intelligēdū videt qn̄ talis exactio nō
venit ad man⁹ seu utilitatē exigēd. al
hēt spēm mali. 7 iō ab ealabstinēdū,
eē de vi. 7 ho. de. cū ab oī. Et ppter hanc
casu absolutio debet pcedē exactioez.
Vñ 7 idē Docti. in sua sūma oīc. q. ex
coicat⁹ o; absolui libē. 7 eo absoluto
pōt cogi ad satisfaciēdū; te pena. s. añ
nō pōt exigi. cū nec p illo fuerit excōi
catus. Et sic intellige ingt eē de symo.
ad ap̄lcam. 7. c. ad aures. ut in oca. q.
37. Et videt casus formalis i oco. c. ad
aurea. Et sic pnt cōcordati op̄iones q̄
sup h̄ ibidē referūt. **S.** Et idē intelli
gendū de suspensioē 7 in dicitō. Nā si
daret aliqd p p̄cio absolutiois siue re
stitutiois symonia eēt ex pte vtriusq;
at. i. q. i. nullus. eē eo. nemo. **Q.** si hu
iusmodi sn̄ie fuerāt iniuste plate. 7 det
pecunia p absolutioē siue relaxatione
notauit **Dugl.** i. 6. q. 7. decimas. q. nō
est symonia ex pte dand. eo q. dās nul
lū ius acqrit. s. dat ut acqrituz sine ve
xatioē retineat. ar. i. q. i. quesitū. Sed
con. **Docti.** **A.** Idē in sū. eo. ti. q. 46.
vbi 7 addit fm glo. Ray. q. si ecclesia
mea uel p̄benda me; temoto alij fuerit
assignata. si p p̄cio eā recupo uel redi
mo. symonia ē. siue iuste siue iniuste
amorus fuerim 7 ali⁹ institut⁹. qd̄ in
telligēdū ē qn̄ amotio facta ē seruato
iuris ordie lic; iuste p sniam q̄ transi
uit in tē iudicata. al bñ licet redimere
vexationē. eē eo. dilect⁹ fili⁹. **R.** 7 p; s
§. io. **S.** Vtrū aut p baptismo liceat
aliqd dare vide s. baptism⁹; §. 3.º

Null⁹ cleric⁹ o; p̄ce uel p̄cio uel fa
uore celare ep̄o p̄ctm̄ publicū prochi
ani sui. uel etiā min⁹ digne penitētem
recōciliare. 7 ei de h̄ restioniū ferre ul
digne penitēte repellē. alit symoniā
omittit. eē eo. nemo. **A.** Scdm̄ Inno.
7 in sū. eo. ti. q. 38. nō pprie s̄ similitudi
narie oī symoniac⁹ q̄ celat p̄optē gr̄az
crimē alteri⁹. puniēdus ē enī ut symo
niacus. Qd̄ intelligi pōt nisi ip̄a ceta
tio eēt annexa sp̄iali officio. forte qd̄
qs h; ab ep̄o ad tēnūciādū delicta uel
sile. ga tūc censeret vendē i p̄m officiū
7 oīter esset uera symonia. i. q. 3. si qs
obiecerit. **B.** Et gn̄aliter fm̄ Tho. sc. 6.
sc. 6. q. 100. illa sp̄ialia ad q̄ qs tenet
ex officio non pōt vendē. Vñ nec pro
disparatioē nec p correctioē subditoz
uel q. qs desistat a corrigendo pōt ali
quid recipi. **A.** Con. **Pe.** ut in dicta
q. 38. **B.**

Quid si dat aliqd supiori ut seruet
iusticiā in sp̄ialib; **R.** fm̄ Ray. **Sy**
mōia ē. Et addit x̄. Idē credo si agat
sup tp̄alib; ex q̄ p̄sona ē ecclēastica. q̄
rōne ecclēastice iurisdic̄tiois tenet ad
tale ius reddēdū. **S.** si sit iudex laic⁹ 7
sup te tp̄ali. nō erit symonia. l; al gra
uiter peccet. s. iudex p. §. 7. **A.** Con.
VI. ut in oca. q. 38. **B.**

Utrū sacerdos possit celebrare. ul ex
equias uel alia officia facē pro pecunia.
R. fm̄ Ray. **S.** si tenet ad h̄. tūc exigē
aliqd symoniacū ē. i. q. i. vēdētes. **S.**
nō tenet 7 deficit ei sup̄t⁹. pōt accipe.
i. q. i. oues. **N**am 7 opas suas locate
pōt. siue ad diē siue ad añū. eē ne pla.
vi. suas. c. vld. **A.** **I**bi h̄ non probat.
Nā ibi oī de locatioē reddituū 7 non
operaz sp̄ialiū. ut ibi notat glo. 7 ad
dit q. nulluz spirituale locatur. **Et** de
hoc latius s. §. 7.º in additione. **B.**

Q si sūpt⁹ habz et ad h⁹ nō teneſ. aut
 debz facē grat. aut cessare. af v⁹ facete
 ex auaricia. **Et** lic; forte qñ nō teneſ
 ad illa nō eēt symonia. eo q; nō debet
 suis stipēdijs militare. iz. q. z. c. arita-
 tem. ex eo. cū sit. tñ turpe ē lucz qñ sit
 ex auaricia. uel si in sūpt⁹ recipit etiaz
 si diues sit. nō sit ex auaricia. saltē h;
 spēm mali. **Et** in quolibz pdictoz itel
 ligas q; ipse grat d; cātare ul' officiare
 lic; aliqd recipiat p sūptibz sicut dicit
 Aug⁹. q; apli gratuitū panem accipie
 bāt ab illis quibz gratuitā pdicatioez
 impēdebāt. **Sed** con. Tho. scda scda.
 q. 100. **A.** pcedā meli⁹ pñt intelligi
 pea q; notat glo. Ray. in ti. de symōia
 §. querif. sup vbo statutū. vbi sic dicit.
Licet ne dare pecuniam ul' recipe pro
 h⁹ mōi obsequijs. aut p intēssendo ex
 treme vnctiōi. **Itē** qd de illis q; dant
 reddir⁹ uel recipiūt p p⁹ faciēda āni-
 uersaria. **Itē** qd d' illis q; dant sacerdo-
 tibus diuitibus ul' paupibus p faciēdo an-
 nuali uel tricenatio uel anniuersario.
 uel celebrādo missam d' spū sancto ul'
 aliā. uel q; dat denarios clericis p dicen-
 dis psalterijs i exequijs mortuoz. uel
 af. ul' q; dant ekyas paupibus ut orent p
 eis. cū talis orō sit spūalis. h⁹ mōi ele-
 mosyna sit corporalis. **R.** In oībz talibz
 casibz dare uel accipe tpale p spūali sy-
 monia ē. siue detur p sacro siue p offi-
 cio siue p labore h⁹ mōi officij uel orō-
 nis. fm q; h⁹ ppositio p. tenotat appre-
 ciationē. **Sed** si tenotaret cām moti-
 uam nō pmā uel pncipalē h⁹ remotā 7
 occasionalē. licitū ē dare 7 accipe tēpo-
 tale p spūali. **Vñ** si qs dat pecuniā col-
 legio alicui p generāda deuotiōe 7 oi-
 lectiōe i iplo collegio ut ex illa deuoti-
 one exaudiā in petitiōe quā petit q;
 frēs infint exequijs mortui ul' exte-

me vnctiōi morientē. 7 illi h⁹ faciūt ex
 dilectiōe 7 deuotiōe in eis talitē gnāta
 aut p deuotiōe ipsi⁹ dād. sic licet dare
7 accipe tpale p spūali fm q; li. p. teno-
 tat cām motiuā remotā 7 nō ppiquā
Propi qua cā est dilectio uel deuotio
 gnāta ex dato. af forsitan nō gnānda.
Nec est sile q; nō possū dare pecuniam
 epo ut me diligat 7 ex dilectiōe me be-
 neficiet uel ordinet. 7 h⁹ idē q; dilectio
 q; eps aliqūe diligit lic; sit spūalis nō tñ
 est cā p p⁹ quā debeāt talia offerri. sed
 poti⁹ debz attēdi meritū 7 dignitas p-
 sone. **Sed** bñ est cā sufficiēs h⁹ mōi oi-
 lectio qua etiā diligit p cōi spūaliter
 ut debeat orari p eo. cū etiā h⁹ cōcedat
 oīs vbi dicit. **Facite** vobis amicos de
 māmōna iniquat ut recipiāt vos zē.
 Luc. 16. i. ut orent p vobis recipien-
 dis. **Ex** quo p; q; licet dare pecuniam
 pro acqrenda deuotiōe hōiuz spūaliū
 7 pauperū ut p h⁹ moueant 7 teneant
 orare. **Pecūia** tñ data pro h⁹ mōi ami-
 cicia acqruēda que spūalis est nō est
 pensanda a dante uel accipiete. ut oi-
 ctū est. ut datū h⁹ ut fruct⁹. fm q; dicit
 apłus ad 1⁹ thim. 4. **Nō** quero datū sed
 fructū. ga nō attendo pncipalit pecu-
 niā datā. s; caritatē 7 deuotionē ul' pie-
 tatē ex qua datur. propter quam sola
 elemosyna ē fructuosa. **Et** ideo tñsio
 est ad oēs qōnes s; positas de illis qui
 officiāt pro denarijs 7 ceteri. q; si li. p.
 tenotat appreciationē uel cām pmam
 motiuā uel finalē. illicitū est. **Si** autē
 cām adminiculantē. licitū est ut talia
 recipiāt in sūptis officiātū. nō in of-
 ficioz pco. hec ibi. **Et** con. pdictis
 Tho. p. 7. 7 alij theologi. ut i sū.
 eo. ti. q. 42. **Et** ex pdictis pot colligi
 q; nō ē tutū cui icūbit facē officari al-
 tare uel capellā. cōducē ad h⁹ clericos

paſſis 7 uerionib⁹. ſ. ſtituē aliquē
redditiū q̄ datur officiātib⁹. ut in .c. ſi
gnificatū. 7 ibi glo. eſt de pben. **B**

Utz cōmittat ſymoniaꝝ q̄ debitori
ſuo dat aliqd ſpūale ut recipet quod
ſuū ē. **R.** fm Tho. in 4. oſ. 25. Abſq̄
dubio ſymoniā cōmittit. **Idē Vl. A**
Idē in ſū. eo. ti. q. 65. B

Utz cū aliq̄ p̄dētes religioē; ſiue
ſcitare p̄tūt a ſacerdotib⁹ q̄ p̄curent
eis pecuniā in prochia ſua ita q̄ ſacer
dos h̄eat etiā inde certā p̄ez ſit ſymo
niā. **R.** fm Tho. in q̄libet. Cū p̄ſuaſio
ſacerdot̄ ſit res ſpūalis. 7 credat̄ ei q̄
ſacerdos ē. iō ſi in tali caſu pactūꝝ in
ueniat. ſymonia ē reſpectu ſacerdot̄.
7 ſacrilegiū reſpectu taliū religioſorū
q̄a eſt deſraudatio elemoſynarū reſpe
ctu illoꝝ q̄ oant. **U**nde 7 ſi ē vnū pec
catiū q̄tū ad actū. eſt tñ multiplex q̄
tū ad reatū. 7 tā etiā ip̄e ſacerdos q̄
ip̄i recipietes. ſ. q̄ ſacerdotib⁹ tribuūt
ut relaxat. teneſ de ſymōia. **A**. 7 etiā
ad reſtitutionē. ut p̄; fm enī. Tho. 7 in
ſū. eo. ti. q. 66. **E**t cui debeat fieri reſti
tutio iſto caſu p̄t̄ parē ex dict̄ ſ. reſti
tutio p̄. §. 1. in additioē. d. **I**te ſedm
Inno. **B**

Utz laicus q̄ recipit pecuniā ut ec
cleſie reſtituat decimā quā tenebat cō
mittat ſymoniā. **R.** fm Doſti. **S**i lai
cus nō vult decimā cōmittē niſi p̄ pe
cunia. ſymoniā cōmittit ex p̄te ſui. ſed
eccl̄ia bñ p̄t̄ redimē. ut ſ. decime §. 5.
§. 5. **A**. **Idē in ſū. eo. ti. q. 68. B** 7 i oco
§. 5. **S**icut dicit x̄d. ſ. ſolutio ibi patet
in additioē. **B**

Mediatoroz ſymōie ſymōiaci ſūt.
i. q. i. ſi q̄s eps. **A**. ibi oſ. **S**i q̄s medi
ator i tā turpib⁹ nephādis dat ul' ac
cepit extitit. ſi qd̄ cleric⁹ fuit. a p̄po
gdū cadat. ſi dō laic⁹ anathematiget. **B**

Utz papa poſſit cōmittē ſymoniā.
R. fm Tho. ſedā ſede. q. 100. **P**apa po
teſt ſicut 7 q̄lib; ali⁹. 7 tāto graui⁹ q̄to
in altiori gradu cōſiſtit. **R**es. n. eccl̄ie
nō ſūt ei⁹ ut dñi. ſ. ut diſpenſator. **U**n
ſi p̄ aliq̄ re ſpūali recipet pecuniam ali
quā de redditib⁹ alie⁹ eccl̄ie. ſymonia
cus eēt. **S**il̄t ſi p̄ re ſpūali recipet pecu
niā ab aliq̄ laico nō de reb⁹ eccl̄ie. **A**
Con. Vl. ut in ſū. eo. ti. q. 67. **Q**d in
telligēdū videt̄ q̄ ad illa circa q̄ cōmit
titur ſymonia lege dīna. **S**ecus ſi lege
tñ eccl̄iaſtica cui papa nō ſubſiſcit niſi
de equo. **C.** de legi. l. oigna vox. **B**

Utz q̄ cōmittit vices ſuas p̄ pecu
nia. ſymoniac⁹ ē. vide. i. vicari⁹. §. 3.

Symonia 2^o

S. ſpūlit̄ quo' ad ordines. **S**y
monia q̄nq; cōmittit̄ ex p̄te ordinatoꝝ
Aliqñ ex p̄te ordinati. ut ſ. ſymonia
p̄. §. 6.

Utz ſi aliq̄s p̄ mea ordinatioē ul' p̄
motioē pecuniā offerat. nūqd̄ ego di
cat ſymoniac⁹. **R.** **S**i a p̄ncipio cōtra
dixi. nō obest̄ mihi. eſt eo. ſicut tuis. §
p̄t. 7 eſt de homicid. p̄b̄t. **A**. **B** verū
fm Inno. ut in ſū. l. i. p̄. ti. p̄. q. 8. ſi pe
cunia data ē p̄ electionē p̄ cōfirmati
one. de q̄ loqr. c. ſicut tuis. **S**ec⁹ ſi date
tur p̄ electioē etiā phibēte me. niſi ſi
eret ab inimico. **Con. Vin. Doſti. 7 glo.**
Ray. ut ibi. **Idē 7 ſi q̄s recepiſſet ordi
nē p̄ ſymoniā cōmiſſam cū ip̄o ordina
toꝝ. tūc enī ſic ordiat̄ lic; ignoranter
uel etiā cū cōtradictioē. nō recipet exe
cutionē. q̄a ſi idē cōtingēt etiā ſi in ei⁹
ordinatioē nulla cōmiſſa fuiſſet ſymo
nia. dum alias eius ordinatoꝝ fuiſſet
ſymoniacus in collatione ordinum.
Quāz q̄ ſemel ſymoniace contulit ordi
nem de cetero executionem dare non**

poterit q̄ntūq; occultū sit. 7 q̄ntūq; recipiēs ignozet. i. q. i. si qs a symonia cis. fm Dosti. 7 in dicta. q. 8. Hodie etiā videt̄ idē in collatiōe bñficij. cuz symoniace d̄ferēs etiā bñficiū uel offi ciū eccl̄asticū ip̄o facto excoicationez incurrat. 7 qd̄ agit̄ nullū sit. ut in ex̄ uagl. Martini q̄nti. q̄ ic̄ipit. Multe. 7 in alia Eugeni quatti. q̄ ic̄ipit. Cū de testabile. Itaq; dist̄ctiōes q̄ in h̄. s. fi. unt. nō habēt locū nisi qn̄ symonia fu iss̄et cōmissa cuz alio q̄; cū collatoze or dinis seu bñficij. **B.** Sec̄o si sc̄ui 7 cō sensu. ga tūc q̄ntūq; occultū sit. renū ciare teneoz. Si d̄o h̄ sit me penitus iḡ tate. puta ga amic̄o meus pecuniā de dit. tūc lic̄ ego nō sim symoniacus. te neoz tñ renūciare. ex̄ eo. symoniace. et c. de regularibz. 7. c. nobis. **R.** si timi cus me dedit pecuniā volēs q; ex h̄ p motio mea iudicaret̄ symoniaca. 7 sic impediret̄. nō cōmittit̄ symonia q̄ ad me. nec mihi nocet. ne ille ex dolo suo reponet̄ qd̄ int̄dit. ut in. c. sicut tuis. 7 in. c. nobis. p̄ tñso. **A.** Tñ 7 h̄ casu qn̄ inimic̄o aliqd̄ daret̄ i p̄iudiciū me um 7 h̄ sc̄it̄ anteq; eps vocaret me. et cōstaret̄ mihi q; nō me vocaret nisi p̄ pter mun̄ illud. recipere nō deberē. fm glo. Ray. 7 in oc̄a. q. 8. Et ad h̄ etiāz facit̄ qd̄ nōr̄ in sū. eo. ti. q. 27. vbi fm Ray. d̄r̄ 7 glo. q; si aliq; sc̄it̄ uel credit sibi collatū ordinē uel bñficiū p̄ncipa lit̄. pp̄i obsega seu p̄ces carnales a se ul̄ ab alio int̄positas. si alerat̄ v̄gn̄. resi gnare nō tenet̄. s̄ debz̄ penitē de it̄cti one corrupta. ex̄ eo. mādato. Si veto erat̄ idign̄. resignate tenet̄. ga tūc hu iusmōi p̄ces seu obsega succedūt loco p̄c̄i. i. q. i. s̄ nōnulli. 7 cō. **U.** l̄t̄ ibi. **Q**uid si qs etiā sine pecunia obten tut̄ erat̄ ordinē ul̄ bñficiū et tñ pecu-

nia data fuit? **R.** fm Inno. Si aliq; de dit pecuniā. oū tñ nō ordiātoz. nō ē symonia. ar. i. q. 6. s. vlt̄. Si aut̄ ipse ordiātoz dedit. symoniace ē. **A.** etiāz si sine pecunia habitur̄ erat̄ ordinem uel bñficiū fm eū. Inno. 7 in sū. eo. ti. q. 8. Qd̄ intellige nisi gratis aliqd̄ da retur. ut s̄. symonia p̄. s. 6. **B.** ar. i. q. 2. q̄ pio. 7. q. 3. si qs obiecerit. 7. c. vlt̄. 7. q. 6. c. p̄.

Quid si pecuniā p̄ me nesciēte pro missam p̄ ea solui? **R.** Sicut symoni acus de beo iudicari. ga i maleficijs ca tibabitio retro trahit̄ 7 mādato d̄paf sicut nōr̄ ex̄ eo. sicut tuis. **A.** In glo. **B.** In hac tñ symonia fm Tancte. 7 x̄. eps p̄t̄ disp̄sare. **A.** Idē in sū. eo. ti. q. 9. tñ hodie si aliqd̄ datum fuisset collatoz null̄ p̄sset disp̄sare nisi pa pa. uel si eēt datū etiā alteri qn̄ sine il la oatiōe nō fuisset al̄ habitur̄ ordinē ul̄ bñficiū. ut p̄ ex̄ fall̄. ex̄ uagatibz. **B.**

Quid de his q; p̄ hypocrisim oū p̄ tenderēt sp̄m sc̄it̄ ad p̄moti sūt ad or dines 7 bñficia nulla int̄posita cōditi one uel pacto? **R.** fm Ray. Nō tenet̄ resignate. s̄ solū ad agendū p̄niam. ex̄ eo. mādato. **A.** Hoc vez̄ nisi al̄ non sit idonē. tūc. n. tenūciare tenet̄. i. q. i. si qs neq; **B.** Tho. sc̄da sc̄de. q. 100. oīc hypocrisim nō esse symoniaciū. **A.** Hoc vez̄ q; ad eccl̄iam. **Sec̄o** q; ad teū. cū hypocrisim ex̄ sp̄ialibz̄ q̄rat̄ hūanuz fauozē. 7 sic symoniā mētālē cōmittat i. q. i. sūt nōnulli. Et idē qd̄ h̄ notat̄ in sū. eo. ti. q. 61. **B.**

Utz ab ordinādo uel eligendo ali qua cautio uel p̄missio peti possit. **R.** sc̄dm Ray. Ante ordinationē seu etiāz electionez ab eo qui eligendus est nul la cautio uel p̄missio peti potest. 7 si p̄stetur symonia ē. quia videt̄ facere

ad h' ut eligat. 8. q. 3. talia. S; p' electi
onē h' pōt. qā tūc nihil sperat ab eis.
oñ tñ nō fiat ex pcedēti pactōe. 8. q.
3. **Artaldus.** **A.** Idē in sū. eo. ti. q. 18.
fm Ray. 7 glo. 7. **Dofsi.** S; ut ibi pat;
alig dixerūt q' supior pōt exigē cauti
onē etiā an electionē. quia auctoritas
supior tollit vitii. S; pmuz victū ve
rius videt. qā p hāc cautionē videtē
sentire electi d' se faciēde. 7 iō talis
electio tāq' ābitiosa eēt irritāda. e' de
elec. cū post petiā. **B.**

Quid si aliq's nō h'ns rituluz rogar
aliquē p'byterū ut pnter eū ad titulū
ecclie sue. 7 pmitit ei q' nūq' in ipa ec
clesia petet aliqd. 7 sic ordiat. **R.** fm
Ray. Symonia cōmittit. 7 nisi cum eo
fuerit dispēlati. nec ad supiores ordi
nes o' ascendē nec i' suscepto fm rigo
rem canonū mīstrare. e' de symo. per
tuas. 3. **N**ec excusat p' ignozātiā iuris
ut ibidē colligit. **E**t sol' papa dispēsa
bit cū eo. qā symoniac' ē in ordie. tñ i'
ordinibz ante rite suscept' poterit fm
x. p' ep'm dispēlati. **A.** Idē in sū. eo.
ti. q. 70. **B.** Ceterz ordinator p'dcō
mō est suspēsus a collatiōe ordinū. si
milit' 7 pntator ab executiōe. e' eo. si
qs ordinauerit. **A.** ibi dī. Si qs ordi
nauerit seu ad ordinē p'sentauerit ali
quē. p'missionē uel iuramentū ab illo
recipies q' sup' p'uisiōe sua nō ingeret
eū dē. ordinator a collatiōe. p'sentator
vō ab executiōe ordinū p' trienniū. et
ordinat' ab ordine sic suscepto. donec
dispēlationē sup' h' p' sedē aplicam ob
tinere meruerit nouerint se suspēsos.
B. Quid de illo q' scit ep'm suū symo
niacū q' tñ p'cipit ei q' recipiat ordinē
ab eo. vide s. ordinator. §. p't.

Symonia 3^o

q'tū ad beneficia seu etiaz dignitates.
de quo plura potes colligere in prece
denti. c.

Quic querit. Quid si qs habēs l'ras
sup' p'uisiōe alicui' b'nficij recipiat ali
quā pensionē uel aliq' d' b'nficiū ut re
nūciet l'ris. **R.** fm Dofsi. Si ex pacti
one p'tiū p' aliquo tpali fiat h' mōi re
nūciatio. symoniacū ē. Si vō ex officio
iudic' uel bonis vitis mediātibz pure
renūciet. 7 ex altera pte aliquid tpale
detur ei. nō ē symoniacū. ut colligitur
e' de renūc. sane. 7. c. veniens. 7 e' de
pac. cū p'dem. **A.** Idē Dofsi. addit.
Vbi vō assignat b'nficiuz spūale. ita q'
etiā ex pacto renūciet dicitis l'ris. nō ē
symoniacū. e' de rescrip. ad audiētā
2. qā ad h' tenet 7 tacite inest. **Con.**
Inno. ut in sū. li. p. ti. p. q. 20. **B.**

Utz resignate aliqd spūale p' pecu
nia ex pacto sit symoniacū. **R.** fm
Goff. Sic. e' eo. q' relā. 7 e' de testi. ve
niēs. Date enī intelligit q' d' sibi ope
tit remittit. 8. q. 3. talia. Idē Dofsi. et
facit ad h' s. symonia p. §. 4. **A.** Idē
in sū. eo. ti. q. 19. **E**t h' intellige fm o'cā
in. §. pcedēti. cū additiōe. **B.**

Utz qñ recipit monach' uel cano
nicus uel cōsecrat' ep's 7 h' mōi. possint
exigi q'dam ex cōsuetudie. **R.** fm **Wl.**
Si obtinet aliqd tale p' exactiōez iudi
cij uel p' violētā uel p' pactū siue ante
siue postea symonia ē nulla cōsuetudi
ne obstāte. e' eo. c. p. 7. c. sicut p' certo
Si vō spōte offerat rōne cōsuetudis ul'
caritatis etiā si fuerit excitati p' spūale
b'nficiū nō ē symonia. i. q. 2. q. pio. et
2. **Cor.** 9. **N**ō ex tristitia aut ex neces
sitate. **E**t h' illi q' solent hoc recipere non
possint h' exigere ex cōsuetudie. tamē
pnt monē illos ut bonas cōsuetudies
seruent. non autem debent eos artate

